

- Peregrinus de Immunitat. cap. 15. n. 26. & ali. Ratio est; quia cum per injurias extractionem fuerit facta publica injury Ecclesie, ac populus publicè scandalizatus, requiritur publicus penitentia actus correspondens publico delicto, & tollens publicum scandalum, arg. c. Felicis. §. Illud autem de penis in 6. & quidem per eos qui extraerint, cum peccata suos debent tenere authores l. Saneius. 22. C. de Penis, & c. Quæstiv. 2. de His, que sunt à majori parte Capitul.
- 209 Hinc neque excarcato, ac diuissimo male extracti sufficit, sed debet per extrahentes necessariò reponi in Ecclesiæ, seu loco, à quo fuit extractus. Pignatell. lo. cit. n. 10. ubi adducit pro hoc Decisione Cardinalium in una Mediolan. 23. Februario 1638. illis verbis: Scribatur Eminentissimo Archi-Episcopo, ut Oratorem faciat resiliere eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, nec sufficeret excarcavationem pro reintegratione violata Immunitatis Ecclesiæ ob extracionem ejusdem Oratoris.
- 210 Resp. V. Praeter restitutionem Rei extracti tenentur male extrahentes etiam ad restitutioinem bonorum, & danni exinde conieciunt ipsi Reo, vel alii. Communis ac certa, arg. can. Sicut antiquitus 6. c. 17. q. 4. ibi: Qui personam, vel bona eius inde subtraxerit, quodvisque emendet, & quod ruperit reddit, excommunicetur. cum Concordantius. Ratio patet; quia, qui iniuste auferit, vel damnificat, ad restitutioinem tenetur, per vulgaria. Hinc inferitur, quod si iniuste extractus etiam capite plenus est, teneatur Judge ad dammum, quod inde liberis, uxori, aut aliis subfecutum est.
- 211 Quæritur II. Quamvis poenæ sint statutæ in violatores Immunitatis Alyli &c. Resp. I. Praeter gravissimum Sacilegium, quod committunt violatores Immunitatis Alyli can. Miror. 8. can. Frater. 10. can. Quisquis. 21. c. 14. q. 4. cum Concordantius. plures incurruunt poenæ. Patet inductione. Nam I. de Jure Civili consenserunt Rei criminis læsa Majestatis, L. 2. C. de His qui ad Eccles. Confug. II. Jubentur ultimo alisci supplicio, l. Presenti. C. eod. quia tamen duæ poenæ uel non sunt receptæ, vel uero contrario abrogatae, uti cum Claro in Pragi Criminal. §. fin. q. 30. num. 1. communiter advertunt Doctores.
- 212 III. Jubentur arbitrio Episcopi publicè penitentia multari, can. Nullus Clericorum. 19. & can. Si quis consumat. 20. c. 17. q. 4. ibi. Et iſe publicè penitentia judicio Episcopi mulctetur.
- 213 IV. Incurruunt poenam pecuniarum nongentorum solidorum, cit. can. Si quis consumat. 20. c. 17. q. 4. ibi: Pro immunitate nongentos solidos Episcopo componat: vel certè triginta librarum argenti purissimi, can. Quisquis. 21. ead. c. 14. q. pro qualitate delicti, & delinquentium conditione arbitrio Episcopi variandam, & Ecclesiæ læsa applicandam, Glosa in cit. can. Si quis consumat. v. Componat. c. 16. q. 4. Quibus non obstat Bulla Pii IV. Prohibens, ne Judices Ecclesiastici puniant Laicum poenam non spirituali; quia haec Constitutio reduccta est ad terminos Juris communis à Successore Pio V. uti nota Farinacius Præl. Crimin. q. 8. n. 156. Sperell. & alii. Quo non obstante potuisse, & adhuc possunt poenæ haec pecuniarie confundendine tolli, arg. c. fin. de Confectud. & per dicta n. 26. An vero aliqui, & ubi sublate sint, quia facti est, cuivis loci Ordinario examinare relinquuntur.
- 214 V. Gravissima, & ubique locorum vigens ac recepta poena est Excommunicatione à variis Pontificibus, & Concilii lata, innovata, & confirmata, ut patet ex can. Sicut antiquitus. 6. can. Miror. 8. can. Frater. 10. can. Nullus. 19. can. Difinius. 35. can. 17. q. 5. cum Concordantius. Quibus accedit non
- Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reform. cap. 20. ubi decernit, & præcipit SS. Canons, & Concilia omnia, nec non alias Apostolicas Sanctorum in favorem Ecclesiæ scolarum perfonarum, libertatis Ecclesiæ, & contra violatores editas, quæ omnia in presenti etiam Decreto innovat, exæcte ab omnibus observari debere. Idem habetur in Bulla Gregorii XIV. num. 82. citata, que §. 8. statuit, quod si quis quicunque dignitate, & authoritate praeditus, præmillorum, aut alio quovis praetextu quidquam præter aut contra hujus Constitutionis tenorem attentare præsumperit, declaramus, eum ipso facto censuras & penas easdem incurvere, que contra libertatis, Juris, & Immunitatis Ecclesiasticae violatores per SS. Canones, & Conciliorum Generalium, nosrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatae.
- Resp. II. Quamvis speciendo Canones antiquos 215 recentissime poenæ fuerint solummodo ferendas sententiae, uti patet legenti textus, tamen hodie post Bullam Gregorii XIV. praefatae poenæ, praesertim Excommunicationis sunt latæ sententiae, & incurraunt ipso facto. Bonacina Tom. 2. Disp. 3. q. 7. punc. 8. n. 5. Farinacius in Append. Immunit. cap. 20. n. 113. Marius Ital. de Immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 29. & seqq. Castro Palao Tr. 11. Disp. un. punc. 12. n. 3. Barbola E. V. lib. 2. cap. 3. n. 166. Diana p. 6. tr. 1. Resolut. 2. in fin. Haunoldus Tom. 6. tr. 1. n. 256. cum communis alliorum post Bullam scribentibus contra nonnullos praesertim ante Bullam scribentes, & propteræ ad praesens non attendentes. Patet Conclusio expresa ex textu Bullæ §. 8. quem habes num. præced. ubi Papa expresa dicit, Violatores Immunitatis ipso facto incurrire poenæ & censuras à Jure latas, ubi verba ipso facto debent aliquip operari; atque nihil operarentur, sed otiosa essent; si poenæ essent ferendas sententiae; ergo. Accedit, quod poenæ & censurae per clausum ipso facto illatae, censeantur late sententiae non tantum juxta communem DD. sed etiam juxta pravam & stylam Curie, qui facit legem. Confirmatur Conclusio & certa redditus ex repetitis Declarationibus iussu Clementis VIII. & Pauli V. editis, de quibus testantur Castro Palao, Marius Ital. Bonacina, Haunoldus lo. cit.
- Quæritur III. Quinam dicantur violare Immunitatem Juris Alyli, ad hoc, ut poenæ Juris, praesertim Excommunicationem incurrant? Resp. I. Omnes & singuli, quacumque autoritate praediti, qui aliquem etiam excepti Criminis certè Reum, in Alyli loco existentem capere, extrahere, vel incarcere ausi fuerint, graviter violant Immunitatem, & ipso facto incurruunt poenæ Juris, praesertim Excommunicationem Majorem. Ita certa & unanimis post Bullam Gregorii XIV. scribentibus, ob claram Bullæ dispositionem: ubi postquam §. 4. statutum, & præceptum fuit, ne seculares aliquem excepti Criminis Reum sine expressa Episcopi, vel ejus Officialeis licencia capere, extrahere, aut incarcere præsumant, dein §. 8. subiungitur, quod si quis quicunque dignitate quidquid contra hujus Constitutionis tenorem attentre præsumperit, ipso facto incurruat poenæ contra Violatores Immunitatis statutas, inter quas vel maximè est Excommunicatione tolli, arg. c. fin. de Confectud. & per dicta n. 26.
- Resp. II. Immunitatem violent, & praefatas Juris 217 poenæ ipso facto incurruunt, qui capere, extrahere, aut incarcere tantum tentaverint, effectu non fecuto: v. g. qui Ecclesiæ, Monasterium, aut alium locum Religiosum ingressi, Reum, ut capiant, extabant, aut incarcerent, perquirunt, eti non inventant: vel qui inventerunt quidem, sed ob corporalem resistentiam à Reo, vel Rectore, Ecclesiæ factam, capere, aut extrahere, vel incarcere non

non potuere: vel qui animo capiendi, extrehendi, vel carcerandi Reum, admovent manum violentam, januæ loci faci, eti non ob resistentiam aperire, & intrare non valeant &c. Farinacius in Append. de Immunit. cap. 20. num. 322. Diana p. 1. tr. 1. Resolut. 15. Peregrinus de Immunit. cap. 14. num. 7. Marcius Ital. de Immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 6. & ali. Probatur ex Jure Civili, ubi L. 2. C. de His qui ad Eccles. config. violator Immunitatis, & Reus penarum centetur, si quispiam contra hanc Legem ventre tentaverit. Concordat. I. Pateant. C. eod. ibi: Si qui eos conetur invadere, & l. Presenti. princ. C. eod. ibi: Aucti fuerint tentare, ubi notanda verba, tentaverint, conetur, tentare, ex quibus manifeste appareat, quod etiam constutus, seu attentatio effectu non fecuto sub praefatis poenis sit prohibitus, ut etiam adverterit Glosa in cit. L. 2. C. de His qui ad Eccles. config. v. Tentaverit. Idem aperit habetur in Constitutione Gregoriana §. 8. ubi Papa eodem termino utens poenas Juris ipso facto incurrire declarat, qui contra tenorem Constitutionis attentre præsumperit. Hinc etiæ alia Leges penales intelligenda sint fecuto effectu, arg. can. Hoc autem distinc. 1. de Penitent. fecit tamen est, si Lex etiam ipsum conatum expresse poneat vult, ut hoc.

218 Resp. III. Violent insuper Immunitatem, & memorat poenæ ipso facto incurruant etiam illi, qui in loco Alyli capiunt, extrahunt, aut carcerant voluntate, & consentient, & permittent, si que juri suo ac privilegio renuntiant. Patet Conclusio ex dictis num. 161. ubi vide.

219 Resp. IV. Non tantum illi, qui Reum in loco Alyli capiunt, extrahunt, ac incarcerant, vel id facere conantur, & tentant, sed etiam & vel maxime illi, qui tale quid mandant, violatores Immunitatis existunt, & poenæ Juris, praesertim Excommunicationis ipso facto incurruunt. Farinacius lo. cit. numer. 324. Marc. Anton. Genesi, in Præxit Episcopali cap. 26. num. 7. Ratio est: tom quia effectus potius impunitus mandanti, quam mandatario, fieri exequunt, arg. c. Ut fame. 36. §. Lat. 2. de Sentent. Excomm. c. quod is commitat reverre, cuius autoritate, vel mandato committi poterat, c. Multieres. 6. de Sent. Excomm. Tum quia in Bulla Gregoriana poenæ ipso facto subjaceat universaliter declarantur omnes & singuli quævis dignitate praediti, qui contra tenorem Constitutionis aliquid ostendere præsumperint, hoc autem vel maxime faciunt, qui praefata authoritative mandant. Tum etiam quia Bulla alias elusoria facili reddebet, si enim mandantes Principes, Jardines, ac Potefactes seculares essent immunes à poenæ, modicam, & vel nullam effectu haberet Bulla, cum illi executionem plerisque commitant & mandant simplicibus & ignaribus, ac mandato reficeret non aidentibus.

220 Resp. V. Si violator contra sententiam declaratorum Episcopi appellaverit, non est amittenda Appellatio, donec prius Ecclesiæ fuerit fauiscatum. Pignatell. Tom. 2. Consult. 60. num. 62. ubi affert plures Declarationes illis verbis: Appellatio a declaratoria Censuratur in materia violata Immunitatis Ecclesiasticae non admittitur. s. nisi prius Ecclesia quod ad suum honorem fuerit in integrum restituta. S. Congregatio in Neapol. 11. Octobris 1617. & Liper. 4. Juli 1620. & Rhég. 28. Iuli eod. anno. & Syracus. 19. Iuli 1622. ubi tenet à falso contrario interfutur, quod si facta Ecclesiæ satisfactio licet appellare: quamvis enim à poenæ late sententia in Jure appellare non licet, l. Si qua pena, fl. de V. S. & c. Quia non de Appellat. praesertim in materia Censuratur, arg. c. Ad hec de Appellat. tamen ea

Reiffensiel Jus Can. Tom. III.

Ex quibus omnibus praefertot, & tam claris Declarationibus S. Congregationis per tam fideles & clavis Collectores alii patet, sane non amplius probabilem esse sententiam Bonacine, Genesii, & aliorum dicentium, posse Episcopum a praefata Excommunicatione absolvere, postquam violatores Ecclesiæ per restituendum debitam, & alia iustificerant.

Hinc ab Excommunicationis hujusmodi absolutione omnino abstinerent debent Episcopi, & multo magis Regulares, etiam illi, qui gaudent privilegio absolvendi à Censuræ Papæ reservatis: tum quia ab solvito ab hac Censuræ est eiis specialiter prohibita à

Cle-

Clemente VIII. per dicta num. 221, tum quia hic casus non immunitatem annuntiatur causa Bulae Coenae, à quibus etiam vi privilegiorum ab solvere nequeunt Regulares.

- 224 Resp. II. A prefata Excommunicatione ob violata Immunitatem contraria, absolutione non datur, nec dari potest, & data non valeret, neque prodest; nisi prius restituto Reo, & facta satisfactio lege Ecclesiae, arg. c. Ex litteris de Confessione & quoniam 25. de Appellat. & c. Cùm dissideres. 15. de Sentent. Excomm. & ibi DD. communiter: quibus accedit Declaratio Cardinalium apud Jacob. Pignatelli. lo. cit. n. 38. Absolutione ab Excommunicatione non prodest, nisi secunda restitutione, & reintegratione Ecclesiae.

De modo autem restituendi vide supra num. 208.

Hinc Episcopi in causa speciali obtinentes a Se de Apostolica facultatem, seu commissione absolvendi, absolutionem impetrari non debent, nisi violator restitutionem fecerit, & Ecclesiae satisfacterit.

### S. IX.

#### De Immunitate Reali, & Personalis.

##### S U M M A R I U M .

- 225 Immunitas Realis, & Personalis quid? 226 Bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum sunt triplicis generis. 227 Ecclesia ipsa, ejusque res, vasa sacra gaudens Immunitate Reali. 228 Item bona Ecclesiae temporalia pro dote eidem collata. 229 Nec non alia bona quoque titulo acquista, & bona parimonialia Clericorum. 230 Tributum solvere est signum subjectionis. 231 Omnia locorum piorum auctoritate Episcopi ecclesiarum bona gaudens Immunitate Reali. 232 Nomen Ecclesiasticarum personarum venient omnes Clerici secularis, etiam Minoristarum. 233 Si conditiones à Concilio Tridentino requisitas habent. 234 Item Regulares utriusque sexus, etiam Novitii. 235 Immunitas Realis, ac Personalis est de Jure Divino. 236 Non valet consuetudo contra eam.

**E**xplícata prima Immunitatis specie, Localis nomine, transfluxus modò ad reliquias duas Realem videlicet, & Personalem.

235 Quæritur I. Quid sit, & in quo consistat Immunitas Realis, & Personalis, seu rerum, & personarum Ecclesiasticarum! Resp. Eam esse, & consistere in hoc, quid personarum Ecclesiasticarum, & bona cuncta, seu res omnes ad personas Ecclesiasticas, vel ad Ecclesiam aliquam pertinentes sint immunes, liberas, ac exemptae à Jurisdictione cuiusvis potestatis, & personarum Laicarum, seu Laici, atque ab exactionibus, & oneribus eorumdem quibuscumque. Ita in re Omnes tam Theologici, quam Canonistæ, Arg. c. Non minus. 4. c. Adversus 7. h. t. c. 1. cod. in 6. Clem. un. cod. juncto c. 1. de Censib. & c. Quamquam. 4. in 6. quibus accedit Ius Civile. Autem Item nulla. C. de Episc. & Cleric. Ita: Item nulla communitas, vel persona publica, vel particularis Ecclesias, vel alias pli locis, vel Ecclesiastica persona imponere aut invadere bona Ecclesiastica præsumat, quod si fecerit, & requisiſti a Ecclesia vel Imperio contempnerint, triplum refundant: Et nihil minus bona Imperiali Banco subjeccant; quod absque satisfactio debet nullatenus remittatur. Ratio autem est; quia hoc ipso, quod à fidelibus pro dote Ecclesie, ad Dei cultum, Ecclesie, ac Ministrorum, ejus conseruationem, pauperi suffagationem, & in alios pli usus dicata ac destinata sit, indequocumque vocentur res Dominicæ, can. 39. Apof. Item Christi pecunie, can. 1. cau. 12. q. 2. Patrimonium Christi, & pauperum, non nisi in praestatis pli usus convertenda sit, quod non fieret si exactionibus, & oneribus Laicorum gravarentur, & in cultis Divini, causarumque piorum prejudicium, & Christi injuriam, ac irreverentiam diminuerentur. Concordat can. Secundum. 24. cau. 23. q. 8. Huc etiam quadrat, quod dicitur can. Nulli. 3. cau. 12. q. 2. ibi: Nulli licet ignorare, omne quod Dominum fuerit consecratum ( id est datum Glosa hic ) five fuerit homo, five animal, five ager, five quidquid semel fuerit consecratum ( id est oblatum Domino ) sanctum Sanctorum Domino erit, & ad jus ( dispensatorum ) pertinens Sacerdotum. Proper quod inexcusabiliter omnis, qui à Deo, & Ecclesia, cui competunt, auferit, vasis, invadit, seu eripit, & usque ad emendationem

#### De Immunitate Reali, & Personalis.

771

etimandationem, Ecclesiæ satisfactiōnem, ut sacrilegus judicetur, & si emendare voluerit, excommunicetur.

229 De tercio generis bonis est commissis DD. ut videtur est apud Barbo. I. E. V. cap. 39. §. 5. num. 6. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 6. n. 9. Abbas in c. fin. de Vita & honest. Cleric. n. 3. Pirking h. t. n. 59. Engel h. 1. n. 24. cum Glosa communiter recepta in c. fin. de Vita & honest. Cleric. §. Suis facultatibus. Idque probatur imprimit ex c. Quamquam. de Censib. in 6. ubi fin. vila distinctione de cunctis rebus & bonis ad Ecclesias, & personas Ecclesiasticas pertinentibus illa habent verba: Cum igitur Ecclesie, Ecclesiasticeque personæ, ac res ipsarum non solum Jure humano, quin & Divino a seculari perfornarum actionibus fini immunes. Inde ibidem in specie res etiam proprias perfornarum Ecclesiasticarum esse exceptas afferunt: ibidem de rebus suis propriis. Adhuc magis ad propositum sine illa distinctione de bonis ( dummodo legitime quoque tandem titulo acquirantur ) ad Ecclesias, & personas Ecclesiasticas pertinentibus loquitur c. 1. h. t. in 6. ubi postquam Pontificis contra quosdam Dominos temporales conquetus est, quod ab Ecclesias, Ecclesiasticis personis exigant collectas, tallias, & alia hujusmodi onera præstant prætextu bonorum, quae ad Ecclesias, & personas Ecclesiasticas pertinent, statuit, ut sequitur: Volentes itaque ( prout expedit ) solliciti prævidere, totque temerarii abutibus, congruis præfisi obviare, auctoritate Apostolica, præhabitam cum Fratribus nostris diligenti deliberatione determinatis, non licere communis, scabinis, & iis, qui in eius jurisdictione temporalis obtinent, vel iustitiam temporalem exercent, tallias, vel collectas seu exactiones quoque Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis impone vel exigere ab eis pro dominis, prædiis, vel quibuscumque possessionibus, ab eisdem Ecclesias, & vel personis Ecclesiasticis legitime habentis acquisitis, vel imposteriorum acquirendis: etiamque ipsi Ecclesiæ, vel persona vel res hujusmodi fini intravillorum distributionem, vel territorium constituta. Nec etiam licet illis ipsius Ecclesias, vel personas ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum, a quisita jam, vel qua deinceps acquirent, aliquatenus coarctare: quae verba tam clara, & universalia sunt, ut plane omnino certa videatur Conclusio quod tertium genus bonorum, videlicet, quod ipsa gaudent Immunitate, consequenter prætextu iporum, five dein empione, five donatione, five hereditate, five alio modo, dummodo legitime acquisitorum, vel imposteriorum acquirendorum ( nihil enim aliud desiderat Papa, quam ut sit legitime acquisita, vel imposteriorum legitime acquirantur, quod utique sit, dum empione, hereditate, successione, donatione, vel alio simili licto modo acquirantur ) nec tallias, nec collectas, nec alias exactiones quoque tandem ab Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis exigere, vel onus aliquod eisdem præterea imponere valeant. Et certè non video, quid flante tam claro texu opponi posset, præsertim, quia etiam Bonifacius VIII. c. Quamquam. de Censib. in 6. allegans Constitutionem cit. c. 1. h. t. in 6. expresse dicit, Alexandram IV. per eam explicitè etiam res proprias Clericorum gaudere Immunitate. Accedit Declaratio S. Congregationis apud Pignatelli. Tom. 2. Consil. 54. n. 99. illis verbis: Patrimonium Clerici est exemptum instar bonorum Ecclesiasticorum, S. Congregatio in Tricatic. 14. Novembris. 1663.

230 Et quamvis ubi Lex clara habetur, uti in presenti, rationem indaretur, vel allegare penitus non sit necesse, nihil minus probatur Conclusio etiam ratione. Tum quia accessorium naturam sequi concurrit principali, juxta Reg. 42. Jur. in 6. & magis

signum trahit ad je minus dignum, arg. c. Quod in dubiis. de Consecratis. Eccles. atqui Ecclesiae, & personas Ecclesiasticas sunt respectu bonorum suorum principale, & magis dignum; ergo cum illa gaudent Immunitate, etiam bona eorum gaudent. Tum quia Domini Laici nihil possunt statuere circa bona Ecclesiastica vel perfornarum Ecclesiasticarum, nisi obligando personas eisdem, easque præcipiendo: obligare vero aliquem, eique præcipere, onera, ac tribute imponere est signum Jurisdictionis in eum, obligari autem, & debere obdere præceptis, onerisque & tributa imposta solvere est signum subjectionis, ac proprium subditum, uti per se patet & liquet ex illo Apostoli ad Romanos 13. Necesse est iudicii effectu, non solùm proper iram, sed etiam proper conscientiam; ideo enim ( ecce causa, qui subditus sunt ) tributa præfatis. Idem confirmatur, & clare probatur, ex c. 2. de Censib. ibi: Vis subditus esse debetis, id est enim tributa præfatis; quia haec est probatio subjectionis, at qui Domini Laici penitus nullam habent jurisdictionem in personas Ecclesiasticas, nec haec eisdem ultatenas sunt subditæ, vel subiectæ, cum ab omni jurisdictione Laicorum plene sint exemptæ, ut omnes fatentur, & patet ex dictis lib. 2. Tit. 2. de Foro competent. n. 187. ergo. Et planè non videtur, quomodo Ecclesie Ecclesiasticaeque personæ sint, ac dici possint plene, ac perfeci exemptæ sint etiam bona eorum sint exempta. Accedit quod cum Domini Laici a Clericis spiritualia recipiant, æquum sit, ut temporalia ab eis non exigant, sed potius tribuant, juxta Apost. 1. ad Corinth. 9. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus.

Porro a quibus oneribus, exactionibus in species liberae ac immunes fini Ecclesie, Ecclesiasticæque personæ, & bona eorum? dicetur Paragrapho sequenti.

Quæritur III. Quænam loca nomine Ecclesie, & quæ persona nomine Ecclesiasticarum personarum in præsenti veniant ad hoc, ut ipsæ, & bona eorum gaudent Immunitate? Resp. I. Nomine Ecclesie hic venire omnia loca pia, ac Religiosa auctoritate Episcopi ercta. Communis ac certa per Jura allegata supra Tit. de Religiosis Domib. à n. 3. ubi in specie plura habent finia pia ac Religiosa loca: ibi vide. Accedit Declaratio Cardinalium apud Pignatelli. lo. cit. num. 93.

Resp. II. Nomine personæ Ecclesiasticæ venient omnes & singuli Clerici Seculari, non tantum in Majoribus, sed etiam in Minoribus constituti, vel etiam tantum tonsurati, dummodo ultimi Minoristarum tempore, vel tola prima tonsura initati habent conditions à Concilio Tridentino requiras. Communis ac certa per Jura num. 228. & seqq. citata. Cum enim præfata Jura cum Concordatia universaliter ac indistincte omnibus Ecclesiasticis personis, & Clericis, eorumque bonis Immunitatem competere afferant, Minoristarum autem, ac primam tonsurati revera sint, & dicantur Clerici, arg. c. Cleric. dif. 21. & can. de Persona. cau. 11. q. 1. eos excludere non debet; præterea quia favores sunt ampliandi c. Obita. de R. J. in 6. & ubi Jus non distinguere neque nos distinguere debemus, l. de Prelio. ff. de Publician. in rim. ad.

Dicunt notanter, Dummodo Minoristæ, aut pri- 233 mium tonsurati conditions à Concilio Tridentino Self. 23. de Refor. cap. 6. requiras habeant: quatuor enim non defini Doctores, ut Barbo lib. 1. E. V. c. p. 39. n. 15. Sanchez in Decalog. lib. 7. cap. 13. num. 33. Pirking h. t. n. 86. & alii apud pleros docentes, prævilegium falem reale competere etiam Minoristis, vel tola tonsura prima initatis Clericis, eti consi-

Tit. 2. di-

diones à Concilio lo. cit. requisitas non habent eò quod (ajunt) Concilium in praesato loco certas conditiones tantum requirit ad hoc, ut Clericus gaudeat Privilegio Fori, non vero ut gaudeat privilegium aliis: consequenter, cum limitatio illa conditionata sit Clericis odiosa, extendi ad alia privilegia non debet. Nihilo minus probabilius, Jurice conformius videtur ad hoc, ut Minorita gaudet Immunitate Reali, aut Personalis, requiri conditiones à Concilio prescriptas, videlicet, ut Beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habbitum, & Tonsumus deferens aliqui Ecclesie ex mandato Episcopi inferiori, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Universitate de licencia Episcopi, quasi in via ad Majores Ordines fuscipendi versetur. Garcias p. 2. cap. 3. num. 5. & seqq. Azorius p. 3. lib. 7. cap. 9. q. 6. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 7. n. 2. Barbola in c. 7. h. t. n. 7. & plures ab eo citati. Et quidem de Personalis patet, quia privilegium Fori sub illa comprehenditur, utpote vi cuius Clericus immunitus est etiam à jurisdictione quavis Laicorum, quod ipsam privilegium Fori etiam importat per Iura citata Lib. 2. Tit. 2. n. 187. De Immunitate Reali inde confitat; quia si Clericus Immunitate Personalis, i.e. seu privilegio Fori non gaudet se, quod idem est, si à jurisdictione Laicorum non exemptus, sed ei subjectus est, jam hoc ipso Immunitate Reali non gaudet, seu bona ipsius à jurisdictione, & exactio Laicorum exempta non sunt, cum Domini Laici, bona sibi subditorum, oneribus & tributis gravent non tam ob ipsa bona, seu naturam illorum, sed quia habens bona eis subditus, eorumque jurisdictioni subjecti est, arg. c. 2. de Censib. consequenter si Clerici Minoristarum personaliter non exempti sed subditi sunt, poterant per Dominum Laicum bono communis exigente, ad contribuendum obligari, arg. cit. c. 2. de Censib. & magis dicimus infra, ac furentur alibi ipsi Adversari. Et per hoc patet ad rationem in contrarium. Accedit locorum consuetudo & praxis opima Legum interpres, c. 8. de Confuetud. vi cuius confitat, Clericos Minoristas, si memoratas conditions non habent, Immunitate Reali, & Personalis non frui.

234 Resp. III. Nominis Ecclesiastiarum personarum veniunt, & consequenter Immunitate Reali, ac Personalis gaudent etiam omnes Regulares utriusque sexus cuiuscunq; Religiosi approbat, tam Professi, quam Noviti vel Novitiae, Barbola lib. 1. I. E. V. cap. 19. n. 23. Molina Dif. 671. num. 1. Feilinus in c. Licei, nro. 8. de Offic. Ordinar. Piching h. t. n. 87. cum communis ac certa aliorum. Ratio est: tum quia omnes ha sunt personae ad cultum Divini specialiter deputatae, consequenter Ecclesiastice: tum quia in materia favorabili, qualis est Immunitas, nominis Clerici ventum quoque Regulares utriusque sexus etiam Noviti, ac Novitiae, ut latè probavimus supra Tit. 1. de Vita & honest. Cleric. §. 1. dñ. 17. ac etiam lib. 2. Tit. 2. de Foro compet. §. 9. n. 100.

De Exemptis, an & quinam gaudent Immunitate Ecclesiastica defuse ex dictis Tit. 1. de Vita & honest. Cleric. §. 1. d. n. 10, ubi diximus quinam Exempti venient nomine Clericorum.

235 Quæratur IV. Quo Jure Ecclesie, Ecclesiasticae personae, eorumque bona gaudent Immunitate Reali, & Personalis? Resp. Non tantum Jure humano, sed etiam Divino. De Jure humano patet ex repetitis iam textibus. De Jure Divino autem quod gaudent, docent Barbola lib. 1. E. V. cap. 19. §. 5. n. 3. Diana p. 1. tr. 2. Refusa. I. Bellet. Disquisit. Cleric. p. 1. de Exempt. Cleric. §. 1. nro. 1. Azorius p. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. late Sperell.

Decis. 37. Layman lo. cit. cap. 8. Tamburin. de Jure Abbat. Tom. 1. Dif. 15. q. 19. cum Communissima aliorum. Et quidem de Immunitate Reali quoad bona primi generis, & secundi generis specificati fuprà num. 226. vix est controvergia. De bonus autem tertii generis nec non de Immunitate Personalis, & universaliter de quavis probatur clarissimis textibus c. Quamquam de Censib. in 6. cuius texture videtur supra num. 229. & Concil. Trident. Sess. 25. de Reformatione cap. 20. ubi expresse ait: Ecclesia & personarum Ecclesiasticarum Immunitatem Dei ordinatione & Canonis Sanctionibus constitutam esse. Concordat c. Nimis. 30. de Jurejurand. Eadem sententiam late probavimus, & contraria fundamenta refutavimus Lib. 2. Tit. 2. de Foro competent. §. 9. n. 193. usque ad finem, ubi vide.

Inferetur, quod contra Immunitatem Realem, ant 235 Personalem nulla etiam immemorialis consuetudo aut prescriptio valeat; quia contra Ius Divinum nulli valit consuetudo, c. fin. de Confuetud. Inquit, est dicto, non concessio, Immunitas prefata de Jura Divino non est, tamen contra eandem nec licita, nec valida foret consuetudo; quia talis consuetudo expresse vocatur corruptela, cit. c. Quamquam de Censib. in 6. ibi: Contraria consuetudo quomunq; que dicenda est corruptela verius, non obstat. Eandem illationem, quod videlicet nulla consuetudo etiam immemorialis contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam valeat, late probavimus Lib. 1. Tit. 4. de Confuetud. §. 3. à nu. 61.

## S. X.

De Oneribus, Præstationibus, & Exactionibus, a quibus Ecclesie, Ecclesiasticae personae, & bona ipsarum etiam proprie per Immunitatem Realem, & Personalem sint immunes & exempta? Resp. I. Ab omnibus & finibus quomodoque nuncupatis, tam personalibus, quam realibus, quia non vi dominii directi, quod alius habet, vel vi specialis paci ad contrafactualis rebus illarum inherant. Hæc Conclusio quanvis abunde jure patet probata, & confirmata existat per Jura, rationes, & DD. §. præced. allegatos, nihil minus, ut pro prædictis magis serviat, descendimus ad quedam Onera & Exactions in specie.

237 Resp. II. Ecclesie, Ecclesiasticae personae, eorumque bona cuncta etiam propria in specie immunes, & exempta sunt ab omnibus illis etiam ordinariis Tributis, Oneribus, & Exactionibus quomodoque vocatis, quas Principes ac Domini Territoriales subditis, & bonis eorum, v. g. prædis, fundis &c. non vi directi dominii, quod in tali bona habent, sed ex potestate jurisdictionis supremæ, Lege quasi ordinariæ aut perpetua imponunt pro statu suo decenter conservando, & pro expensis ad justitiam administrationem, aliique ordinarii debiti regimini, ac boni communis necessitatibus, nec non in aliquam compenfationem Curarum, & defensionis, ut proin quamvis possessor aliquis prædi, fundi, agri, prati, domus &c. pro ordinariis hujusmodi Exactione, Tributo, vel Onere (ordinari Steuer oder Anlag) ratione talis prædi, fundi, agri, prati, domus &c. alias dederit 10. 20. 30. florinos v. g. tamen si tale prædi, fundus, ager, domus &c. donatione, emptione, hereditate, legato, aut alio modo legitime transit ad Monasterium aliquod, Capitulum, Collegium, vel alium locum pliū authoritate Episcopi erexit, consequenter Religiosum, vel etiam alio latè ad privatam personam alicuius Clerici, Canonici v. g. illico tales res immunes evadant ab Onore, Exactione, vel Tributo hujusmodi ordinarii, ita ut Principes secularium talibus bonis, quantum apud Ecclesiasticos manent, penitus nihil amplius imponent, nec prætextu illorum ab Ecclesiastis, Monasteriis, vel personis Ecclesiasticis aliquid exigere valeant. Abbas in c. fin. de Vita, & honest. Cleric. num. 12. Layman lib. 14. tr. 9. cap. 6.

238 De actionibus practicis. Et duobus num. seqq. 239 In specie a Tributis ordinariis; Ordinarii Steuer. 240 Quod omnia bona etiam propria. Et num. seq. 241 Exactionis nomine venit etiam Tributum ordinarium. 242 Præstatio Tributi est signum subjectionis. 243 Liambi respectu bonorum petatur. 244 Solvuntur variis testis Juris. 245 Onus reale propriæ tale quid sit? Res transiit cum onere suo: quomodo intelligendum sit? Ibid. 246 Principes non potest facere bona taliter tributariorum, ut Tributum cum re transeat ad Ecclesiasticos. Et num. seq. 247 Ecclesie, & Ecclesiasticae personae etiam de rebus propriis non tenentur ad Vestigalia, Telenia, Gabellas &c. 248 Nisi negotiatio causa aliquid deferant. Negotiatio quid? Ibid. 249 De actionibus practicis. Et duobus num. seqq. 250 Ecclesie, & Ecclesiasticae personae etiam de rebus propriis non tenentur ad Tributum extraordinaria urgente necessitate imposita. 251 Nisi sex concurrent conditions. 252 I. Necessestis gravis. 253 II. Communis Clericos aquæ ac Laicos tangentes.

257 III. Us

257 III. Ut Laicorum facultates non sufficiant, que prius erunt discutiendæ, & quomodo? 258 IV. Ut Episcopus cum Clero prius deliberet. Quid per Clerum hic intelligatur? Ibid. 259 V. Ut confulatur Papa, ejusque requiratur affectus. 260 Nisi periculum sit in mora. 261 VI. Ut Clerici non per Laicos, sed Ecclesiasticos Judices compellantur ad contributionem alio faciendam. Et quid, si Episcopus cum Clero contributionem deneget? Ibid. 262 Afferuntur plures Declarationes Cardinalium pro materia Immunitatis usque ad num. 226. 272 Demonstratur practicæ moderna prædicti Laicorum nullo nisi fundamento, nec tutâ fieri conscientia. 273 Clerici etiam sponte non possunt solvere Exactiones laicæ, & Laici a sponte danib; non possunt accipere. 274 Bulla Urbani VIII. Romanus Pontifex, pro Immunitate Ecclesiastica omnium maxime faciens, & letico dignissima per extensum ponitur. 275 Onera, ad quæ Ecclesiastici tenentur.

276 Q uæritur I. A quibus Oneribus, Præstationibus, & Exactionibus &c. Ecclesia Ecclesiasticae personæ, & res ipsarum etiam propria per Immunitatem Realem, & Personalem sint immunes & exempta? Resp. I. Ab omnibus & finibus quomodoque nuncupatis, tam personalibus, quam realibus, quia non vi dominii directi, quod alius habet, vel vi specialis paci ad contrafactualis rebus illarum inherant. Hæc Conclusio quanvis abunde jure patet probata, & confirmata existat per Jura, rationes, & DD. §. præced. allegatos, nihil minus, ut pro prædictis magis serviat, descendimus ad quedam Onera & Exactions in specie.

277 Resp. II. Ecclesie, Ecclesiasticae personæ, eorumque bona cuncta etiam propria in specie immunes, & exempta sunt ab omnibus illis etiam ordinariis Tributis, Oneribus, & Exactionibus quomodoque vocatis, quas Principes ac Domini Territoriales subditis, & bonis eorum, v. g. prædis, fundis &c. non vi directi dominii, quod in tali bona habent, sed ex potestate jurisdictionis supremæ, Lege quasi ordinariæ aut perpetua imponunt pro statu suo decenter conservando, & pro expensis ad justitiam administrationem, aliique ordinarii debiti regimini, ac boni communis necessitatibus, nec non in aliquam compensationem Curarum, & defensionis, ut proin quamvis possessor aliquis prædi, fundi, agri, prati, domus &c. pro ordinariis hujusmodi Exactione, Tributo, vel Onere (ordinari Steuer oder Anlag) ratione talis prædi, fundi, agri, prati, domus &c. alias dederit 10. 20. 30. florinos v. g. tamen si tale prædi, fundus, ager, domus &c. donatione, emptione, hereditate, legato, aut alio modo legitime transit ad Monasterium aliquod, Capitulum, Collegium, vel alium locum pliū authoritate Episcopi erexit, consequenter Religiosum, vel etiam alio latè ad privatam personam alicuius Clerici, Canonici v. g. illico tales res immunes evadant ab Onore, Exactione, vel Tributo hujusmodi ordinarii, ita ut Principes secularium talibus bonis, quantum apud Ecclesiasticos manent, penitus nihil amplius imponent, nec prætextu illorum ab Ecclesiastis, Monasteriis, vel personis Ecclesiasticis aliquid exigere valeant. Abbas in c. fin. de Vita, & honest. Cleric. num. 12. Layman lib. 14. tr. 9. cap. 6.

